



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte
Orandi & meditandi methodo**

Balsamo, Ignazio

Coloniæ Agrippinæ, 1612

De Iudicio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48888)

*ris, sensuum amissio, caloris natiui ab-
scessus, animi anxietates, tentationes,
visiones &c.*

3. Quæ illam subsequuntur, *sepul-
tura, & iudicium animæ particulare.*
Aliter.

1. *Mortem esse terribilium omniũ
terribilissimam.*
2. *Eam esse metuendam, contem-
nendam, & desiderandam.*
3. *Quam iustum sit, vt quisque ad
benè moriendum omni se diligen-
tia comparet.*

*De iudicio hæc maximè consi-
deranda.*

1. *Signa terrificæ, quæ nouissimum
iudicij diem præcedent.*
2. *Mundi renouatio.*
3. *Omniũ Adæ filiorum, ad tubæ
sonitum excitatio & resurrectio.*
4. *Maestas iudicis, quem tota cœ-
lestis aula circumstabit.*
5. *Rationis redditio: & librorum
conscientiæ apertio.*
6. *Sententia duplex, altera ad bo-
norum*

eorum remunerationem, altera ad
malorum vindictam, quarum singula
verba veniunt expendenda.

7. Eiusdem duplicis sententiæ exe-
cutio, quomodo & quanto tempore

*De gloria cœlesti varij sunt modi
meditandi.*

1. Considerari possunt. 1. *Locus.* 2.
persona. 3. *Actus beatorum.*

2. Bona triplicia Beatorum. 1. *Bona
anima.* 2. *Bona corporis.* 3. *Bona ex-
triseca.*

3. Tres dotes siue perfectiones ani-
mæ, quæ sunt; *visio, possessio, Fruitio.*

4. Quatuor dotes siue perfectiones
corporis, *Impassibilitas, claritas, Agi-
litas, subtilitas.*

5. *Gaudium*, quo Beatorum quisque
perfruitur in singulis sensibus.

6. Mente tractari possunt septem
puncta sequentia in vna vel pluri-
bus meditationibus.

2. *Loci excellentia*, videlicet, *magni-
tudo; beatitudo; diuitia cœlestis Pa-
radisi.*